



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv
Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lvgdvni, 1659**

IV. De alijs causis à Simonia excusantibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41066

ur vir potens ad imperandum beneficium. Collator vero beneficij intendat obligare ad preces, Simoniacus est. Alia cum genera verborum, aut benevolentiae signa si fiant ex p^{re}c^oto, vel promissione cum collatore, in fauorem eius, & vtilitatem. Simonia erit: secus si pactum absit. Munus denique obsequio Simoniam potest inducere. v.g. beneficium dare facta obsequia in solutionem debiti Simonia est: secus si collator mouetur ex obsequiis ad dandum gratis beneficia. Et quidem obsequia, quae sunt absque ullo pacto expresso, vel tacito inter Aulicos & Praelatum, ita ut in Praelato nulla sit obligatio ex iustitia, remunerari beneficiis possunt: secus illa, quae solent etiam certo stipendio ex pacto tacito compensari. Spirituale obsequium exhibitum Simoniam non inducit, nisi vel resoluatur in temporale, vel pactum antecellerit ab Ecclesia prohibitum. Scio tamen pro beneficio obligati ad spirituale obsequium prohibitum esse. Profecto temporalis res Ecclesiae relinqui potest cum onere aliquid spirituale praestandi.

C A P V T I V .

De causis aliis à Simonia, excusantibus.

30. Regulas trade ad agnoscendum Simoni: m in pacificendo, vel tribuendo aliquid temporale pro spirituiali. Duas accipias. Prima ante ius acquisitum in beneficio, vel alia re spirituiali non licet redimere vexationem, quae ius acquirendum impedit. Secunda, post ius acquisitum in beneficio, vel alio spirituiali dono, iniustum vexationem redimere, quae pro illo tollendo infertur, Simonia non est.

31. Ad hoc, ut licita sit redemptio vexationis ⁱⁿ iure acquisito, quotnam conditi ne requiruntur? Quatuor. Prima, ut ius certum, & indubitatum sit. Secunda, ut plenum, non ex parte tantum. Tertia, ut vexatio iniusta sit. Quarta, ut res quae datur pro vexatione tollenda, temporalis sit, non autem spiritualis.

32. Igitur erit ne Simonia recipere pecuniam quis, ut non vexet? Non nisi materia vexationis spiritualis sit. Iniuste vexantur ne ad restitutio: nem? Ita planè. Qui redimit vexationem iusta ante ius acquisitum committit Simoni: m? Proculdubio Simoniacus est. Quis intendit subornare electores: potest ne

678 *Moralis Theologie Tract. VI. Status,*
ab alio subornari? Subornator subornari potest data pecunia,
vt à corruptis electoribus desistat. Potest dari pecunia
indignus eligatur? Simonia non est. Si inter omnes eliguntur
vñus tantum dignus sit, licet vexationem redimere, ne eligatur
indignus? Licet planè; vt etiam si plures digni, sed vñus
dignior, licet vexationem redimere, ne minus dignus eligatur.
In electione tamen Papæ ius diuinum tantum fernandum
est, eaque, quæ specialiter prohibita non sunt.

33. *Est ne Simonia ira factio, in qua remittitur ius spiri-*
tuale pro temporali? Ita planè tam in beneficiis, quam in aliis
materiis, vt iurisdictione spirituali, & rebus aliis sacris. Et
ea, in qua compensetur ius spirituale per largitionem ius
spiritualis proportionati de consensu partium, & in materia
non beneficiali, fieri potest. Ita si sit exorta controuersia
inter Episcopos de iurisdictione circa aliquam Ecclesiam,
transigere possunt, vñus habeat iurisdictionem, alius pro-
visionem beneficiorum: vel vt alternis annis visitent, &
potiantur. Porro in materia beneficiali Superiorum authori-
tas requiritur; vt Episcopi, qui etiam ex paterna prouidentia
& mero arbitrio imponere potest pensionem temporalem,
etiam ad vitam pensionarij: multo magis pensionem spiri-
tualem, quæ onus temporale non est. Alij etiam (ex probabili
sententia) tanquam amicabiles compositores id possunt:
vt etiam tanquam indices, & arbitri priuati, modò Cencl
fint.

C A P V T V.

De Paenitentiis Simoniaci.

34. *P*er cor Simonie paenit post Extrauagantem Pauli II.
ipso iure incurſus expendas. Prima est excommunicatio,
quæ tantummodo pro reali Simonia utraque ex parte
completa incurritur: non solum autem per Simoniam con-
tra ius diuinum; verum etiam per eam, quæ contra ius hu-
manum, est suspensio, quia Capitulum ab omni actu Capitu-
lari, quæ iurisdictionem, vel Ecclesiasticam administratio-
nem requirat, interdicitur: recipientes Ordines ab execu-
tione Ordinum suspenduntur: conferentes à collatione quo-
cunque Ordinum prohibentur, etiam primæ tonsuræ, & ab
executione omnium munerum Pontificalium: additar etiam

e, q, 2: hanc nisi aliud ea verbis legis constaret, rō
contrahitur

special
suspen-
admini-
fructu-
actione
collati-
professi-
jurisdic-
ordina-
non iu-
niam v-
tronati-
ficia E-
tentur
valide-
ribus
dimitt-
ductis

35. Incur-
tradi-
facto
quint-
trotta
secun-

36. tione
restri-
Si ver-
restit-
clesia
paup-

37. non
à cer-
bus p-
niaci-
dine
Iden-
Simi-
indi-
tum
ben-